



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Munditiae bona sunt tria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

*Munditie incitamenta sunt  
quatuor.*

**Heb. 12** **P**rimum est, quia nobis necessaria est. Heb. Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo uidebit Deum. Et Bernardus. Pura ueritas non nisi puro corde uidetur. Et P. Augustinus. Mundissimo domino munda debetur habitatio. Secundum est, scriptura.

**Leu. 11** Leuit. 11. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Et Deut. Perfectus eris,

**Deu. 18** & absque macula cum Deo tuo. Et Pe-

**Petr. 3** trus. Satagite immaculati inueniri,

**Isa. 50,** &c. Isa. Lauamini mundi estote, &c.

**& 52.** Et Hieremiae. 4. Laua à malitia cor

**Hier. 4,** tuum Hierusalem. Tertium est, quia

**Thess. 4** Deo placet. Vnde Paulus. Hæc est uoluntas Dei sanctificatio uestra. Quartum est, quia homini multum prodest. de hac materia uide in sequenti capitulo.

*Munditie bona sunt tria.*

**Auguf.** **P**rimum est, quia Deus citius mundos corde, & corpore exaudit. Vnde P. Augustinus. Munda

tamen cubiculum cordis, & intus est  
 qui exaudiat. Secundum est, quia  
 per munditiam assimilamur deo. **Leu. 10**  
 Sancti estote, quoniam ego sanctus  
 sum, &c. Tertium est, quia ad mundi-  
 tiam, & ad puritatem perducit. **Psal. 134**  
 Domine quis habitabit in tabernacu-  
 lo tuo? aut quis requiescet in monte  
 sancto tuo? Qui ingreditur sine ma-  
 cula, &c. Et **Matth. 5** Beati mundo cor-  
 de, quoniam ipsi Deum uidebunt. Et  
**Petr.** D. Bernard. Amplectamur itaque san-  
 ctificationem quoniam bona est, quo-  
 niam finis eius uita sine fine.

*Munditiam cordis faciunt & con-  
 seruant septem.*

**P**rimum est uerbum Dei. **Io. 14. Ioã. 14.**  
 Vos mundi estis propter sermo-  
 nem meum, quem locutus sum  
 uobis. Valet sermo Dei ad mundi-  
 tiam, quia ostendit maculas cordis.  
**Rom. 3** Per legem enim cognitio peccati,  
 &c. Et **Idem.** In capite quinto. **Idem.**  
 Lex autem subintravit, ut abundaret. **Cap. 5.**  
 Vbi abundauit delictum, superabunda-  
 uit & gratia; ut sicut regnauit pecca-  
 tum in mortem, ita & gratia regnet  
 per Iesum Christum in uitam æter-  
 nam. Quid ergo dicemus? permane-